



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Elizabeth Regis Hvngarorum filiæ: Ex ea quæ est per Iacobum Montanum Spirenssem. Tempus obitûs eius &c. patet infrà.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

*rum Satanae  
infidias.  
Admiranda  
illius fortisudo.*

lorum spem admiranda planè constantia delusit: nam manum ad eò fortiter tenuit immobilem, vt stupentibus barbaris, flamma penitus eam absumeret: sed nequaquam martyris virtutem vel tantillum infringeret. ] Hæc & alia plura affert in facti egregij commendationem Basilius: ad eò vt Mutij Romani, omnium penè scriptorum chartis commendatum exemplū, iam videatur huius comparatione vilescere, ac veluti solis fulgore, quæ lucebat in nocte lucerna, propemodum obscurari. Etenim ad tale facinus illum error impulit; porrigereq; dexteram, crimen maiestatis etiam caput exigens, persuasit: martyrem verò Christi veritas, cultusq; pietatis reddidit fortiorem. At nò in vno tantum Barlaam Christiana religio gloriatur; sed alios propè innumeros huic similes atq; præstantiores habuit; ijs alijsq; temporibus, eiusmodi atq; maiorū facinorū patratores. Nò enim in vno Barlaam, sed alijs quamplurimis sua tyrannis, quo specietenus videntur Christiani aræ incensæ cum thure admouisse manum, eiusmodi est experta noua crudelitatis arte scuitiam.

*Hec C. Baron. Tom. 2. Annal.*

*Vide Notat. C. Baron. in Martyr. Rom.*

VITA S. ELIZABETH REGIS HVNGARORUM filia. Ex ea quæ est per Iacobum Montanum Spirenses. Tempus obitus eius &c. patet infra.

*19. Nouẽ. Parentes eius.*

ELIZABETH nobilissimis in Hungaria parentibus, patre Andrea Rege belli iuxta ac pacis artibus præstantissimo, matre verò Gertrude Regina, virilis animi foemina, progenita est. Quam lactantem adhuc Herma-

Hermannus Turingiæ Maximus princeps (Lāt-  
 grauium vulgò vocant) Ludouico filio infan-  
 ti desponderi procurauit. Cuius petitioni re- *Elizabeth*  
 gina mater non modò libenter annuere est vi- *adhuc in-*  
 sas, sed postea etiam quadrimam, enixè id per *fans despon-*  
 legatos postulante Hermanno, splèdido & ma- *desur.*  
 gnifico admodùm apparatu, eò destinauit; &  
 in Turingia maximo illi Principi futuram filij *Nurium in*  
 sui sponsam nutriendâ cômisit. Ibi postquàm *Turingia.*  
 triennium exegisset, fèdo rumore percrebuit,  
 Reginam insidiosa procerum quorundam ma-  
 chinatione fato cõcessisse. Hoc igitur aui al-  
 tero parente orba nobilissima virgo, magna  
 quædam sæpenuerò futurę sanctitatis veluti  
 progymnasmata edere ccepit. Vbi annum æta- *Pietas eius*  
 tis nonū ingressa est spõsi sui patre vita functo, *in pærità*  
 mox tota mente Deū sibi ob oculos statuens, o- *itate.*  
 mnes actiões suas ad illius potissimū laudes &  
 gloriam mirificè cõposuit: vestiū splendorem  
 carnis lenocinia, & mundi vanitatem egregiè  
 contempsit. Educabatur vna cùm illa Agnes,  
 spõsi soror, eximia pulchritudine virgo: q̄ cum  
 matre sua Sophia molestè interdum Elizabeth  
 humilitatem ferebat, monebatq̄ ut, si vellet  
 optatis fratris sui nuptijs potiri, fastum mun-  
 dique gloriam sectaretur, & vitam regio splè-  
 dore & magnificentia dignam institueret. At  
 illa nihil quotidianis conuicijs atque cachin-  
 nis, quibus eam nonnulli ex aulicis appetebâr,  
 mota, in virtutum studio & exercitatione con-  
 stans permanebat; relictisq̄ nobilibus & pur-  
 puratis, pauperum magis & ancillarum gau-  
 debat consortio, fruebatur alloquijs, & operi-  
 bus occupabatur.

Nn In hisce

*Ingitur Prin-  
cipi mari-  
monio.*

*Ieiunia &  
Vigilie eius.*

*Castigationes  
corporis.*

*Conradus  
sacerdos in-  
signis.*

*Elizabeth ei  
obedientiam  
promittit.*

In hisce pietatis virtutumque exercitijs ætate puerili transmissa tandem Princeps nubilem, vxorem duxit; cum Elizabeth nihil non modò de pristini feruoris intentione remisit, sed insuper in dies auxit, accumulauitque bonarum actionum studia. Enimuerò animi celestium rerum contemplatione pascens, corpusculum vigilijs, ieiunijs & precibus exercebat: votiuas quotidie Deo fundens preces, quas si interdiu quopiam impedita negotio intermisisset, noctu persoluebat. Quam nocturnam deprecandi deuotionem tanto feruore assumpsit, vt sapiusculè pro lecto, strato sit via tæpeto. Deindè temporis progressu arctioribus se spontè subdens disciplinis, sexta qualibet feria, virgarum flagellis in tenerum corpus animaduertebat.

Per id tempus eximius Christi sacerdos Conradus Marpurgensis, vita & eruditione clarus, ius cõferendi Sacerdotia, templorumque præfecturas à Ludouico principe obtinebat. Eius viri tanta erat præterea virtutis & pietatis opinio, vt Elizabeth, summa Principis mariti sui voluntate, eidem congruentem matrimonio obedientiam promitteret: quam illa, non solù toto biennio, quo Princeps superuixit, sed reliquo deinceps vitæ tempore tam exactè seruauit, vt res, quã narraturi sumus, haud vulgari admiratione digna sit. Habiturus aliquando de rebus (vt solebat) diuinis concionem idem Conradus, eidem Christi famulæ interesse præceperat. Illa autem inopinato sororis viri sui aduentu præpedita, hoc ipsum neglexerat: quapropter ille eam postea velut indignabun-

dus auerfari visus est. Quod simulac regia *En infigne*  
 mulier præfensit, nulla habita generis sui ra- *exemplum*  
 tione, eius aduoluta pedibus, negligentia *humilitatis*  
 suæ veniam humiliter postulare non dubita- *& obedi-*  
 uit. *tiæ.*

Sed exigua sunt hæc in tanta matrona, si re-  
 liquas eius virtutes euoluere velimus Fuit in  
 ea admirandum pauperibus benignè facien- *Benignitas*  
 di studium: quo omnium incommoda suble- *eius in pau-*  
 uare, pauperesque tanquam proprios filios *peres incom-*  
 fouere non desinebat. Anno à Christi nata- *parabilis.*  
 li millesimo ducentesimo vigesimo quinto,  
 cum dira fames per vniuersam Alemanjâ hor- *Fames valè.*  
 rendè grassaretur, degente per id tempus in A- *da in Ale-*  
 pulia apud Imperatorem Principe, ipsa explè- *mania.*  
 da pietatis occasionè nacta, primò collectum  
 omne suæ ditionis frumentum pauperibus  
 largissima manu erogare cæpit. Deindè cum  
 aduerteret plurimos egenorum præ aduersa  
 valetudine aut membrorum incommodis ele-  
 mosynæ communis manere expertes, quòd  
 ascensu montis, in cuius vertice arx sita erat,  
 præpedirentur, infigne quoque xenodochium *Construit*  
 loco humili sub arce quamprimùm construi, *xenodochi.*  
 curauit. In eo verò xenodochio eos potissi-  
 mum fouebat pauperes, quos vel morborum  
 vexabat iniquitas, vel membrorum debili-  
 tas insigni dehonestamento notabat: quos  
 ipsa quoridie per se pascere, è strato suo tol-  
 lere, gestare brachijs, foetoremque singu-  
 lorum perferre non grauabatur. Duodetrigin-  
 ta verò pauperes ita in xenodochio illo dispo-  
 fuerat, vt statim defuncti cuiuspian lecto a-  
 lius potiretur. Nongenti autem mendici quo-

ridie sub oculis eius alebantur; exceptis, quos per latissimam ditionis suæ prouinciam pascebat absens; apud quos tanta indefessa humanitatis exercuit beneficia, vt non raro redditibus iam erogatis, corporis sui ornamenta distraheret, ne Christi membra fame tabescerent.

Et quidem reuersum ex Apulia Principem mox graues œconomorum excipiunt quereles: quod redditus omnes frugesque locupletissimas intempestiua erogatione in pauperes profunderet Elizabeth. At verò ille dignum profecto Principe reddens responsum: Sinite, inquit, sororem meam, vt cepit, benefacere; modo arces mihi incolumes super sint. Non deerit, scio, victus, quamdiu illam egenis subuenire permiserimus. Sed hanc tantam tamque eximia pientissimæ matronæ virtutem, mox à mariti obitu grauissima quorundam excepit inuidia. Magnates enim qui Henrico defuncti Principis fratri, per ætatē ad regni gubernacula necdum idoneo, adhærebant, posthabito Dei timore ac publica honestate, Christi famulam fortunis omnibus exutam, ceu ignobilem aliquam arce coegerunt excedere; idque eo modo vt vix quisquam hospitio eiectam excipere auderet, propter sœuitiam, qua crudeles illi in eam bacchabantur. Quo tempore ipsa, humano solatio planè destituta, ad cœnobium Fratrum Minorum veniens, hymnū quem, Te Deū laudamus, vocant, decantari obnixè rogauit: præclarè secum statuens, Christi numen multo magis in aduersis quam prosperis rebus hymnis & laudibus prosequendum esse. Ibi, ne quid cala-

*Notent ista  
auari & im-  
miserico-  
des.*

*Defuncto  
marito à  
suis expelli-  
tur misere-  
que vexa-  
tur.*

calamitatis deesset, eius quoque liberi nouo inhumanitatis genere delati fuere. Itaque filia Regis, ab altissimo diuitiarum culmine deiecta, eo paupertatis deuenit, ut ablatis vitæ necessarijs, angustias erguli magis quàm diuersorij non sinè mendicitate adipisceretur. In ijs constitutam miserijs (si tamen miseræ dicendæ sunt, quæ pro Christi amore in hac vita tolerantur) matertera eius Sanctimonialiū Præfecta, ad se quamprimùm acciri aduehiq̄ue curauit: aduectam ad Babenbergensis Ecclesiæ Episcopum ipsius auunculum transmisit honorificè.

Et quidem humanissimè ab eo suscepta, paulò post illius & aliorum procerū opera in arcem quidè restituta fuit: sed illa verita nè fortè diuina se gratia indignam redderet, mox iterum populari se vitæ ac paupertati sponte addixit: magnatibus illis (quos supra notauimus) eam nequicquàm insanam, fatuam, ac superstitiosam clamitantibus. Erat itaque impijs ostentui, sed pijs summæ venerationi: adeò vt *Gregorius 9. Pontifex Maximus Gregorius Nonus, audita fama virtutum eius, tanquã filiam sub Apostolicæ legis protectione eam assumpserit: assumptam Christi sacerdoti Conrado Marpurgenfi commendauerit; commendatæ solatium pariter & adhortationem adhibuerit.*

Interea ædificato intra urbem expedito magis quàm sumptuoso domicilio, reuerfa ibidè Deo in omni sanctitate famulari, simulq̄ue constructum à se quòdam Xenodochium crebrius inuisere, ac Christi membra, quibus poterat, fouere solatijs perrexit. Quamquam autè quibus,

*Spondere  
nunciat om-  
nibus pom-  
pis & diui-  
ijs mundi.*

*Gregorius 9.  
Papa.*

*Nota quod etiam dele. Eius pauperum haberi possit.* quibusuis, pro facultate, pauperibus elemosinas largiretur; delectum tamen eorum quos Xenodochij domicilio donabat, perquam diligentem agebat: ijs videlicet potissimum assumptis, quos vel Christianæ religionis studiū præcæteris commendabat, vel affecta valetudo ad maiorem misericordiam tribuendam provocabat.

*Manibus vestem sibi comparat.* Vestem à magistro Conrado colore accepit nativo; textu rustico; valore admodum vili abiectoque. Porro lanificio operam dans, victum inde quæstuarium procurabat, cunctis Regum delicijs sibi gratiorem. Qua in paupertate degentem, missus ex Hungaria Comes cum non sine stupore vehementi inuenisset, tentaretque ad opes natalis soli reducere, affirmans eo se nomine illuc missum à patre, nequaquam tamen illis Elizabeth est mota, sed constanter in illo suo paupertatis amore permansit; & multis miraculorum à Deo decorata virtutibus ac signis tandem inter puelli Iesu nati magnalia placidè obdormiuit in Domino: anno Religionis nostræ 1231. tertio decimo Kal. Decemb. Quam mox plurimis coruscantem miraculis, quarto postquam decesserat anno, Gregorius IX. Diuarum catalogo dignissimam censuit,

*Obitus eius felicissimus.*

*Vide Tom. 10 C. Baron. & Notat. in Martyrol. Rom.* MARTYRIUM S. EADMVNDI REGIS Angliæ: Ex eo quod est per Abbonem Floriacensem Abbatem. Passus est anno Christi 870. Regni verò sui 16.

*2 e. Nouè.* **E**ADMVNDVS Eastengle prouinciæ Rex nobilissima antiquorum Saxonum prosapia ortus, à primæuo ætatis suæ tēpore, cul-